



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XXXVIII. Hermann von Werberg, Comthur zu Werben und Nemerow, genehmigt die Stiftung der von Krakow, am 13. Jan. 1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

XXXVIII. Hermann von Werberg, Comthur zu Werben und Nemerow, genehmigt die Stiftung der von Krakow, am 13. Jan. 1341.

Nos frater Hermannus de Werberge Commendator domorum werben et nemerowe locum tenens Reuerendi domini fratris bertoldi de hennenberg, generalis preceptoris almannie per faxoniam, marchiam et flaviam ordinis sancti Johannis ierosolym. tenore presencium publice recognoscimus et testamur, quod strenuus vir dominus Conradus de krakowe miles dei causa in remedium animarum sue videlicet et uxoris sue yden ac omnium parentum et posterorum suorum de bonis sibi a deo collatis libero animo et deuocione integra cum scitu et consensu filiorum suorum, videlicet domini Conradi sacerdotis et canonici brandenburgenfis et henninghi de krakow famuli nec non omnium heredum suorum, contulit et in perpetuum donavit fratribus domus werben, ordinis supradicti, redditus sedecim solidorum brandenburgenfium denariorum perpetuo possidendos, quorum quidem sedecim solidorum henricus kemerick in wendemarke et sui heredes dabunt nouem solidos et quatuor denarios de suo manso, in campis ville wendemarke sito, et gherardus et sui heredes dabunt sex solidos minus quatuor denariis de dimidio manso ibidem sito annis singulis in festo sancti martini. Hij vero sedecim solidi in usum fratrum domus predictae in subsidium prebende, quod pitancia dicitur, conuertentur. Si quis autem magister aut commendator prefatos redditus sibi aut domui usurpare presumpserit, ipsos fratribus abstrahendo, extunc predicti redditus antedicto domino Conrado aut suis heredibus cedent liberi et soluti. Ipse quoque dominus Conradus et sui heredes prefatos redditus nobis et fratribus in bono defensabunt, donec proprietatem eorum a domino Marchione acquirere valeamus. Nos igitur in recompensam predictarum elemosynarum exigente pia deuocione, quam predictus dominus Conradus et uxor suo yda a nobis et ad ordinem nostrum habere dinoscuntur, ipsos in fraternitatem nostram recepimus et recipimus per presentes, facientes eos tam in vita, quam in morte una cum animabus parentum filiorum et filiarum et posterorum suorum participes omnium bonorum operum, que per ordinem nostrum toto orbe terrarum fieri donaverit deus noster, et cum eorum obitus nobis nunciatus fuerit, pro ipsis fieri debet, quicquid pro fratribus nostris fieri solet in officio diuinorum, hoc addicentes, quod fratres domus werben per singulos menses in ecclesia werben vigiliis et missam defunctorum pro salute animarum omnium predictorum in perpetuum solempniter observabunt memoriam ipsius domini Conradi et yden uxoris sue et parentum coram plebe publice faciendo. In huius rei testimonium pro nobis et fratribus et successibus nostris sigillum nostrum una cum sigillo domus werben presentibus duximus apponendum. Datum werben anno Domini millesimo trecentesimo quadagesimo primo, In die beatorum Confessorum Remigii, germani et uedasti.

XXXIX. Boldewin von Garthow verkauft einige Besitzungen daselbst und zu Gedlig an Ritter Albrecht von Dannenberg, am 17. Juli 1346.

Wylich si — dat ick Boldewin van der Gartowe vorkoft vnd laten hebbe — eynen hoff tu der Gartow, de lecht vor dem Sandore vnd dy Breyde dy vrederikes Breyde heth myd holte, myd grase — vnd myt aller nuth hoghest vnd sydest den achbaren moghenden manne heren Albrecht von Dannenberg Ryddere vnd tu syner hant den moghenden luden wernere, henrich vnd hennynge van der Sculenborch —. Ok mach he de Losinge dun van hanse van Ellerfel wenne he wil. Vortmer hebbe ik em vorkoft vnd laten redeliken vnd tu finer hant den vor Benumeden van